

MIXTURÆ

JULEPUM e CAMPHORA.

- ℞. Camphoræ ꝑ. drachmam unam,
Sacchari purissimi ꝑ. unciam dimidiam,
Aquæ bullientis ꝑ. libram unam.

CAMPHORA primùm cum paulo spiritu vi-
noso rectificato teratur, ut mollescat, deinde
cum saccharo, donec perfectè misceantur; de-
nique aquam sensim adde, & mixturam in oper-
to vase frigefactam cola,

JULEPUM e CRETA.

- ℞. Crete albissimæ præparatæ ꝑ. unciam unam,
Sacchari purissimi ꝑ. drachmas sex,
Gummi Arabici ꝑ. drachmas duas,
Aquæ ꝑ. libras duas.

MISCE.

JULEPUM e MOSCHO.

- ℞. Aquæ rosarum Damascenarum ꝑ. uncias sex,
Moschi ꝑ. grana duodecim,
Sacchari purissimi ꝑ. drachmam unam.

TERE saccharum cum moscho, & gradatim
adde aquam rosarum,

UTXIM

EMUL-

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Amygdalarum dulcium, pelliculâ demptâ ꝑ.
unciam unam,

Gummi Arabici ꝑ. unciam dimidiam,

Sacchari purissimi ꝑ. drachmas sex,

Aquæ hordeatæ M. libras duas.

SOLVE gummi in aquâ hordeatâ calida; et
cûm aquâ penitus refrixerit, amygdalis cum sac-
charo contusis gradatim affunde, simul terens,
ut lactescat; deinde liquorem cola.

LAC AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci ꝑ. drachmas duas,

Aquæ pulegii simplicis M. libram dimidiam.

TERE gummi in mortario cum aquâ, donec
solvatur.

SPIRITUS VINOSUS

camphoratus.

℞. Camphoræ ꝑ. uncias duas,

Spiritus vini rectificati M. libras duas.

MISCERE, ut camphora solvatur.

S Y R U P I.

UBI pondus sacchari non præscribitur, in-
telligendum est, in singulas liquoris mensuras
librales pondus sacchari esse debere uncias vi-
ginti novem, Saccharum sit purissimum, in
pulverem redactum; et balnei calore liquetur,
nisi aliter præscriptum sit; syrupus vero confe-

F

ctus